
GAUDEO


GAUDEO.



*1 Mark = 1 Shilling = 1 franc 25 cent.*

M. $

1 **Vespucci, Amerigo. Mundus Novus.** (In fine:) Magister johannes otmar vindelice impressit Auguste Anno 1504. 4°. 4 leaves. Gothic letters. 1250. —

Harrisse Nr. 31. — This is one of the most remarkable editions of the Mundus Novus; it is in every respect like that considered by Harrisse as the first (Nr. 22) with the only exception that it has the above colophon which is inserted in place of the words: Laus deo. It seems not impossible, that it is really the same impression. „This famous tract is, in any of its editions, now almost wholly unprocurable; its value as a prime monument of geographical knowledge having caused the gradual absorption in great libraries of almost all the copies which during the last 50 years have crept into the markets.“

The present copy is in very good condition, it measures 195 by 140 millimeters, it is unbound, inner margin slightly torn. A fine copy can be made of it.

4 **Mela, Pomponius.** De orbis situ libri tres . . . cum commentariis Joach. Vadiani . . . Adiecta sunt loca aliquot ex Vadiani commentariis . . . . Rursum Epistola Vadiani ad Rudolphum Agricolam scripta. Basileae **1522.** fol. 10. —


Harrisse Nr. 112. — Second edition of Vadianus' Pomponius Mela (the first being published 1518) corrected and changed upon manuscripts. No map.

5 **Fracastorii, Hieron.** Syphilis sive morbus gallicus. Veronae **1530.** 4⁰. old calf. 80. —

Original edition, very rare. — Very large copy, with rough leaves at the under margins. Some old mss. annotations.

The present beautiful poem of Fracastor, the celebrated cosmographer and great friend of Ramusio, whom he supplied with the materials for the latter's collection of voyages, teems with allusions to the New World. — Confer Harrisse (Addit. Nr. 91) who cites one copy only (at the Paris National Library) of this original edition.

6 **Solini, J.** Polyhistor, rerum toto orbe memorabilium thesaurus. Huic accedit Pomponii Melae de situ orbis libri. Basil **1538.** fol.



Ternaux N: 6.

[illegible] 21

Harris[illegible] 31

Sabin 99330

# Mundus Nouus

# Albericus vespucius Laurentio

Petri de medicis salutem plurimam dicit.

Superioribus dieb⁹ satis ample tibi scripsi de reditu meo ab nouis illis regionibus quas et classe et impensis et mādato isti⁹ serenissimi portugalie regis pquisiuimus et inuenim⁹: quasque nouū mundū appellare licet. Quando apud maiores nr̄os nulla de ipsis fuerit habita cognitio et audientib⁹ oībus sit nouissima res. Et em̄ hec opinionē nostror antiquor excedit: cū illor maior pars dicat vltra lineā equinoctialē: et versus meridiem nō esse ptinentē: sed mare tantum qd̄ atlanticū vocauere. et si qui cor ptinentē ibi eē affirmauerūt: eam esse terrā habitabilē multis rōnibus negauerūt. Sed hanc eor opinionē esse falsam et veritati omnino ptrariā: hec mea vltima nauigatio declarauit: cū in ptibus illis meridianis continentē inuenerim frequentioribus pplis et aīalibus habitatā: q̄ nostrā europā seu asiam vel africā: et insup aerē magis tempatū et amenum q̄m in quauis alia regione a nobis cognita: prout inferius intelliges: vbi succincte tantum rer capita scribem⁹: et res digniores annotatione et memoria que a me vel vise vel audite in hoc nouo mundo fuerevt infra patebit.

Prospero cursu quartadecima mensis maij millesimo qngentesimo primo recessim⁹ ab olysippo mādante prefato rege cū tribus nauibus ad inqrendas nouas regiones versus austrū et viginti mensibus ptinēter nauigauimus ad meridiē: cuius nauigationis ordo talis est. Nauigatio nr̄a fuit p insulas fortunatas: sic olim dictas nunc aūt appellātur insule magne canarie: que sunt in tertio climate et in pfinibus habitati occidentis. Inde p oceanū totum littus africum et partem ethiopici pcurrimus vsque ad pmontoriū ethiopum: sic a ptolomeo dictū: qd̄ nunc a nr̄is appellat caput viride: et ab ethiopicis besegbice: et regio illa mandinga gradib⁹. xiiij. intra torridā zonā a linea equinoctiali versus septētrionē: que a nigris gētibus et pplis habitat. Ibi resumptis viribus et necessarijs nostre nauigatōi: extulimus anchoras et expandimus vela ventis: et nostrū iter p vastissimū oceanū dirigentes versus antarcticū parūper p occidentē inflexinus p ventū qui vulturnus dicit: et a die qua recessimus a dicto pmontorio: duū mensiū et triū dier spatio nauigauimus anteque vlla terra nobis appareret. In ea aūt maris vastitate qd passi fuerimus: que naufragij picula et que corporis incōmoda sustinuerimus: qbusque anxietatibus animi laborauerimus: existimationi cor relinquo: qui multar rerū expientia optime norūt: qd sit incerta querere et que an si sint ignorātes inuestigare: et vt vno verbo vniuersa pstringā:

scies quod ex diebus sexagintaseptem quibus nauigauimus: continuos
quadraginta quatuor habuimus cū pluuia tonitruis ⁊ chorus catōibus
ita obscuros vt neq̧ solē in die: neq̧ serenū celū in nocte vnq̄ viderēꝰ.
Quo factū est vt tātus in nobis incesserit timor: ꝙ pene iam oēm vite spē
abieceramꝰ: in his aūt tot tātisq̧ procellis maris ⁊ celi: placuit altissimo
nobis corā mōstrare ꝯtinentē ⁊ nouas regiones ignotūq̧ mundū. Qui-
bus visis tāto ꝑfusi fuimꝰ gaudio: q̄ntū quisq̧ cogitare pōt solere his ac-
cidere q̄ ex varijs calamitatibus ⁊ aduersa fortuna salutem ꝯsecuti sunt.
Die aūt septima augusti millesimo q̄ngentesimo primo: in ipsaꝝ regionū
littoribus submisimꝰ anchoras: grās agētes deo nr̄o solēni supplicatōe
atq̧ vnius misse cantu cū celebritate. Ibi eam terrā cognouimꝰ nō insulā
sed cōtinentē esse: quia ⁊ longissimis ꝓducit̄ littoribus nō ambientibus
eam: ⁊ infinitis habitatoribus repleta est. Nā in ea innumeras gentes ⁊
pplos ⁊ oim siluestriū aialium genera: que in nostris regionibus reperi-
untur inuenimꝰ: ⁊ multa alia a nobis nūq̄ visa: de q̄bus singulis longū
esset referre. Multa nobis dei clemētia circūfulsit quādo illis regionibꝰ
applicuimus: nam ligna defecerant ⁊ aqua: paucisq̧ diebus in mari vitā
ꝓferre poteramus. Ipsi honor et gloria ⁊ gratiarūactio.

CONsilium cepimus nauigandi secundū huiꝰ ꝯtinentis littus ver-
sus orientem: nūq̄ illius aspectū relicturi. Moxq̧ illud tādiu ꝑ-
currimus: ꝙ ꝑuenimꝰ ad vnū angulū vbi litus versurā faciebat
ad meridiē: ⁊ ab eo loco vbi primū terrā attigimus vsq̧ ad hūc angulū:
fuerūt circa trecente leuce: in huius nauigatōis spatio: pluries descendi-
mus in terrā: ⁊ amicabilr̄ cū ea gente ꝯuersati fuimꝰ: vt infra audies. Ob-
litus fuerā tibi scribere ꝙ a ꝓmōtorio capitis viridis vsq̧ ad p̄ncipium
illiꝰ ꝯtinentis: sunt circa septingente leuce: q̄uis existimē nos nauigasse
plusq̄ mille octingentas partim ignorātia locoꝝ ⁊ naucleri: partim tēpe-
statibus ⁊ ventis ipedientibus nostꝝ rectū iter: ⁊ ipellentibus ad freq̄n-
tes versuras. Quod si ad me socij animū nō adiecissent cui nota erat cos-
mographia: nullus erat nauclerus seu dux nauigatiōis: q ad q̄ngentas
leucas nosceret vbi eēmus. Eramus em̄ vagi ⁊ errātes: ⁊ instrumēta tan-
tūmodo altitudinū corpoꝝ celestiū: nobis ad amussim veritatē ondērūt:
⁊ hi fuere q̄drans ⁊ astrolabiū: vti oēs cognouere. Hinc deinceps me oēs
mlto sunt honore ꝓsecuti. Ostendi em̄ eis ꝙ sine cognitōe marine charte
nauigandi disciplinā magis callebā: q̄m oēs naucleri tocius orbis. Nā
hi nullā hn̄t noticiā: nisi eoꝝ locoꝝ que sepe nauigauerūt. Vbi aūt dictus
angulꝰ terre mōstrauit nobis versurā litoris ad meridiē: ꝯuenimus illud
p̄ter nauigare: ⁊ inq̄rere q̄d in eis regionibus eēt. Nauigauimꝰ aūt secū-
dū littus circa sexcentas leucas ⁊ sepe descendimꝰ in terrā ⁊ colloqueba-
mur ⁊ ꝯuersabamur cū eaꝝ regionū colonis ab eisq̧ fraterne recipieba-

mur: ⁊ secū qñqʒ morabamur qndecim vel viginti dies cōtinuos amica-
biliter ⁊ hospitabilr̄ vt inferius intelliges. Noue istius cōtinentis pars
est in torrida zona vltra lineā equinoctialē versus polū antarcticū nā ei⁹
ꝓncipiū incipit in. viij. g̃. vltra ipam equnoctialē. Scd̄m huius litus tādiu
nauigauim⁹ ꝙ pretergresso capricorni tropico inuenimus polū antarcti
cū illo eoꝝ orizonte altiorē. l. g̃. fuimusqʒ ꝓpe ipsius antarctici circulū ad
g̃. xvij. semis ⁊ qd ibi viderim ⁊ cognouerim de natura illaꝝ gentiū deqʒ
eaꝝ morib⁹ ⁊ tractabilitate de fertilitate terre de salubritate aeris de dispo
sitione celi corporibusqʒ celestibus et maxime de stellis fixis. viij. sphere
nunqʒ a maioribus nostris visis aut ptractatis deinceps narabo.

PRimū igitur quo ad gentes tantā in illis regiōibus gentis mul-
titudinē inuenim⁹ q̄ntā nemo dinūerare poterat (vt legit̄ in apo-
calipsi) gentē dico mitē atqʒ tractabilē oēs vtriusqʒ sexus incedūt
nudi: nullā corporis partē opientes ⁊ vti ex ventre matris ꝓdeūt
sic vsqʒ ad mortē vadūt. Corpora enī habent magna q̄drata bene dispo-
sita ac ꝓportionata ⁊ colore declinantia ad rubedinē qd̄ eis accidere puto
quia nudi incedētes tingant̄ a sole. Habent ⁊ comā amplā ⁊ nigrā sunt
in incessu ⁊ ludis agiles ⁊ liberali atqʒ venusta facie quā tamen ipsimet
sibi destruūt. Perforāt enī sibi genas ⁊ labra ⁊ nares ⁊ aures neqʒ credas
foramina illa eē parua aut ꝙ vnū tantū habeāt. Vidi enī nōnullos habētes
in sola facie septem foramina quorum quodlibet capax erat vnius pruni
obturāt sibi hec foramina cum petris ceruleis marmoreis cristallinis et
ex alabastro pulcherrimis ⁊ cū ossibus candidissimis ⁊ alijs rebus arti-
ficiose elaboratis secūdum eoꝝ vsum. Quod si videres rem tam insolitā
⁊ mōstro similem hoīem scʒ habentem in genis solum ⁊ in labris septem
petras quaꝝ nōnulle sunt longitudinis palmi semis nō sine admiratiōe
esses. Sepe etenī ꝯsideraui ⁊ iudicaui septem tales petras esse ponderis
vnciaꝝ sexdecim ꝑter qd̄ in singulis auribus trino foramine perforatis
tenent alias petras pendentes in ānulis ⁊ hic mos sol⁹ est viroꝝ. Nam
mulieres nō pforāt sibi faciem sed aures tantū. Alius mos est apud eos
satis enormis ⁊ ꝑter oēm humanā credulitatē. Nā mulieres eoꝝ cū sint
libidinose faciūt intumescere maritoꝝ inguina in tantā crassitudinem vt
deformia videant̄ ⁊ turpia ⁊ h̄ quodā eaꝝ artificio ⁊ mordicatōe quorū-
dam aīalium venenosoꝝ ⁊ hui⁹ rei causa multi eoꝝ amittūt inguina que
illis ob defectū cure fracescūt ⁊ restant eunuchi. Nō habent pannos neqʒ
laneos neqʒ lineos neqʒ bombicinos quia nec eis indigent nec habent
bona ꝓpria sed oīa cōmunia sunt viuunt simul sine rege sine imperio et
vnusquisqʒ sibi ipsi dn̄s est. Tot vxores ducūt qt volūt: ⁊ filius coit cum
matre ⁊ frater cū sorore ⁊ ꝑmus cū ꝑma ⁊ obuius cū sibi obuia. Quoti-
ens volūt matrimonia dirimūt ⁊ in his nullū seruāt ordinem. Preterea.

nullū hñt tēplū ⁊ nullā tenēt legē neqꝫ sunt idolatre: qd vltra dicā viuūt
scd̄m naturā ⁊ epicurei potius dici pñt q̄ꝫ stoici. Nō sunt inter eos mer-
catores neqꝫ cōmercia reꝝ. Ppli inter se bella gerūt sine arte sine ordine.
Seniores suis qbusdā cōtionibus iuuenes flectūt ad id qđ volunt: ⁊ ad
bella incendūt in qbus crudeliter se mutuo interficiunt et quos ex bello
captiuos ducūt nō eoꝝ vite sed sui victꝰ causa occidendos seruāt nā alij
alios et victores victos comedunt ⁊ inter carnes humana est eis cōis in
cibis. Huius aūt rei certior sis q2 iam visum est patrē comedisse filios ⁊
vxorē: ⁊ ego hoīem noui quē ⁊ allocutus sum q̄ plusq̄ꝫ ex trecentis huma
nis corꝑibus edisse vulgabat ⁊ itē steti diebꝰ viginti septē in vrbe q̄dam
vbi vidi ꝑ domos humanā carnē salsam ⁊ cōtignatōibus suspensam vti
apud nos moris est lardū suspendere ⁊ carnē suillam. Plus dico: ipsi ad
mirātur cur nos nō comedimꝰ inimicos nostros ⁊ eoꝝ carne nō vtimur
in cibis quā dicunt esse saporosissimā. Eoꝝ arma sunt arcus ⁊ sagitte: et
qñ ꝓperant ad bella nullā (sui tutandi grā) corꝑis partem operiūt: adeo
sunt et in hoc bestijs similes. Nos q̄ꝫtum potuimus conati sumus eos
dissuadere ⁊ ab his prauis moribus dimouere: q̄ ⁊ se eos dimissuros no
bis ꝓmiserūt. Mulieres (vt dixi) ⁊ si nude icedāt ⁊ libidinosissime sint:
eaꝝ tñ corꝑa satis formosa ⁊ munda: neqꝫ tam turpes sunt q̄ꝫtum qs for-
san existimare posset: q2 (qm̄ carnose sunt) minus aꝑparet eaꝝ turpitudo
que.s. pro maiori parte a bona corꝑature qualitate oꝑta est. Mirū nobis
visum est: ꝙ inter eas nulla videbat̄ que haberet vbera caduca: ⁊ que par
turierāt vteri forma ⁊ ꝯtractura nihil distinguebant̄ a v̾ginibus: ⁊ in reli
qs corpoꝝ ꝑtibus similia videbāt̄: que ꝓpter honestatem cōsulto ꝑtereo.
Qñ se christianis iungere poterāt nimia libidine pulse: oēm pudicitiā cō-
taminabāt atqꝫ ꝓstituebāt. Viuunt annis cētuᵐ qnquaginta: raro egro
tant: ⁊ siqꝫ aduersam valitudinē incurrūt: seipsos cū quibusdā herbarū
radicibꝰ sanant. Hec sunt q̄ notabiliora apud illos cognoui. Aer ibi
valde temꝑatus ⁊ bonus: ⁊ vt ex relatōe illoꝝ cognoscere potui: nunq̄ꝫ ibi
pestis aut egrotatio aliqua que a corrupto ꝓdeat aere ⁊ nisi morte violēta
moriant̄: longa vita viuunt credo q2 ibi semꝑ perflant venti australes et
maxime quē nos eurum vocamꝰ: qui talis est illis qualis nobis est aqlo.
Sunt studiosi piscature: ⁊ illud mare piscosum est et omni genere piscium
copiosum. Nō sunt venatores: puto q2 cū ibi sint multa aīalium siluestri
um genera ⁊ maxime leonū ⁊ vrsoꝝ et īnumerabilium serpentū aliarūqꝫ
horridaꝝ atqꝫ deformiū bestiaꝝ: ⁊ etiā cū ibi longe lateqꝫ pateāt silue ⁊ im
mense magnitudinis arbores nō audent nudi atqꝫ sine tegminibus ⁊ ar
mis tantis se discriminibus exponere.
Regionū illaꝝ terra valde fertilis est ⁊ amena: m̄ltisqꝫ collibꝰ ⁊ mōtibꝰ
⁊ infinitis vallibꝰ atqꝫ maximis fluminibꝰ abundās ⁊ salubribꝰ fon

tibus irrigua: ⁊ latiſſimis ſiluis ⁊ denſis vixqꝫ penetrabilibus: oĩqꝫ feraꝝ genere plenis copioſa. Arbores maxime ibi ſine cultore ꝓueniũt. Quaꝝ multe fruct⁹ faciũt guſtui delectabiles: ⁊ hũanis corpibus vtiles: nõnulle vero ꝯtra: ⁊ nulli fruct⁹ ibi his noſtris ſunt ſimiles. Gignunt etiã ibi innumerabilia genera herbaꝝ ⁊ radicũ: ex q̃bus panẽ conficiunt ⁊ optima pulmẽtaria: habẽt ⁊ multa ſemina his noſtris oĩno diſſimilia. Nulla ibi metalloꝝ genera habent p̃ter auri: cui⁹ regiones ille exuberãt: licet nihil ex eo nobiſcũ attulerimus in hac p̄ima noſtra nauigatiõe. Id nobis notũ fecere incole: q̃ affirmabãt in mediterraneis magnã eſſe auri copiã ⁊ nihil ab eis eſtimari vel in p̄cio haberi. Abundãt margarite: vti alias tibi ſcripſi Si ſingula que ibi ſunt cõmemorare: ⁊ de numeroſis aĩalium generib⁹ eorũqꝫ multitudine ſcribere vellem: res eſſet oĩno ꝓlixa et ĩmenſa: ⁊ certe credo ꝙ Plinius noſter milleſimã partem nõ attigerit generis pſitacoꝝ: reliquaꝝ auium necnõ ⁊ aĩalium que in iiſdem regionibus ſunt cũ tanta facieꝝ atqꝫ coloꝝ diuerſitate: ꝙ ꝯſũmate picture artifex policletus in pingendis illis deficeret. Oẽs arbores ibi ſunt odorate: et ſingule ex ſe gũmi vel oleũ vel liq̃rem aliquem emittũt. Quoꝝ ꝓprietates ſi nobis note eſſẽt: nõ dubito quin humanis corpibus ſaluti forent: ⁊ certe ſi p̄adiſus terreſtris in aliq̃ ſit terre p̄te: nõ longe ab illis regionib⁹ diſtare exiſtimo. Quaꝝ ſitus: vt dixi: eſt ad meridiem in tanta aeris temperie: ꝙ ibi neqꝫ hiemes gelide: neqꝫ eſtates feruide vnq̃ꝫ habentur.

Celũ ⁊ aer a maxima p̄te anni ſerena ſunt: ⁊ craſſis vaporibus inania. Pluuie ibi minutim decidũt: ⁊ trib⁹ vel q̃tuor horis durãt: atqꝫ ad inſtar nimbi euaneſcũt. Celũ ſpecioſiſſimis ſignis ⁊ figuris ornatũ eſt: in quo annotaui ſtellas circiter viginti tante claritatis q̃nte aliq̃n vidimus Venerẽ ⁊ Iouem. Haꝝ ⁊ motus ⁊ circuitões ꝯſideraui: earũqꝫ peripherias et diametros geometricis methodis dimenſus fui: eaſqꝫ maioris magnitudinis eẽ deprehendi. Vidi in eo celo tres canopos: duos q̃dem claros: tertiũ obſcuꝝ. Polus antarcticus nõ eſt figuratus tũ vrſa maiore ⁊ mĩore: vt hic noſter videt̃ arcticus: nec iuxta eũ ꝯſpicit̃ aliq̃ clara ſtella: ⁊ ex his q̃ circũ eũ breuiore circuitu ferunt̃ tres ſunt habẽtes trigoni orthogoni ſchema: Quaꝝ dimidia p̄ipherie diametrus: gradus habet nouem ſemis. Cũ his orientib⁹ a leua ꝯſpicit̃ vnus canop⁹ albus eximie magnitudinis: que cũ ad mediũ celũ p̄ueniũt: hanc habent figuram.

ſſ
*　　　　ſſſſ
ſſſſſſ　　　　Canopus
ſſſſ


*　　　　*

Post has veniūt alie due q̄rū dimidia pipherie diameter⁹ gradus habet duodecim semis: ꝛ cum eis ꝓspicit alius canopus albus. His succedūt alie sex stelle formosissime ꝛ clarissime inter oēs alias octaue sphere: q̄ in firmamēti supficie dimidiā habent pipherie diametrū graduū triginta duorꝫ: cū his puolat vnus canopus niger imense magnitudinis: ꝓspiciunt in via lactea ꝛ hmōi figurā habēt q̄n sunt i meridionali linea.

* * * * ss * Canopus
ssss *
ssssss
ssss
*

Multas alias stellas pulcerrimas cognoui: quarꝫ motus diligent annotaui: ꝛ pulcerrime in quodā meo libello graphice descripsi in hac mea nauigatōe Nunc aūt impsentiarꝫ tenet hic serenissim⁹ rex quē mihi restitutumꝫ spero. In illo hemisperio vidi res philosophorū rōnibus nō ꝓsentiētes. Iris alba circa mediā noctem bis visa est: nō solū a me: sed etiā ab oībus nautis. Similiter pluries nouā lunā vidimus eo die quo soli ꝯiungebat: singulis noctibus in illa celi parte discurrūt innūeri vapores ꝛ ardentes faces. Dixi paulo ante: in illo hemisperio: q̄d tamen ꝓprie loquēdo nō est ad plenū hemisperiū respectu nostri: quia tamen accedit ad huiusmodi formā: sic illud appellari licuit.

Igitur (vti dixi) ab olysippo vn̄ digressi sumus: q̄d ab linea equinoctiali distat gradibus trigintanouē semis: nauigauimus vltra lineā equinoctialē per q̄nquaginta gradus: q̄ simul iuncti efficiūt gradus circiter nonaginta: que summa cū quartā partē obtineat summi circuli secundū verā mensure rationē ab antiq̄s nobis traditā: manifestū est nos nauigasse q̄rtā mundi partē. Et hac rōne nos olysippū habitantes citra lineā equinoctialē gradu trigesimo nono semis in latitudine septentrionali: sumus ad illos qui gradu quinq̄gesimo habitāt vltra eandem lineā in meridionali latitudine angulariter gradus quinq̄ꝫ in linea transuersali: ꝛ vt clarius intelligas. Perpēdicularis linea que dum recti stamus a puncto celi iminente vertici nostro dependet in caput nostrum: illis depēdet in latus: ꝛ in costas. Quo fit vt nos simus in linea recta: ipsi vero in linea transuersa: ꝛ species fiat trianguli orthogoni: cui⁹ vicem linee tenemus cathete: ipsi aūt basis: ꝛ hypotenusa a nostro ad illorꝫ ptenditur verticem vt in figura patet: ꝛ hec de cosmographia dicta sufficiāt.




HEc fuerunt notabiliora que viderim in hac mea vltima nauigatōe quam appello diem tertiū. Nā alij duo dies fuerūt due alie nauigationes quas ex mandato serenissimi hispaniarum regis feci versus occidentē in qbus annotaui mirāda ab illo sublimi oīm creatore deo nostro pfecta: rex notabiliū diariū fecivt si qñ mihi ociū dabit: possim oīa hec singularia atq3 mirabilia colligere: ꝛ vel geographie vel cosmographie libꝝ pscribere: vt mei recordatio apud posteros viuat: ꝛ oīpotentis dei cognoscat tam imensum artificium in parte priscis ignotū nobis aūt cognitū. Oro itaq3 clementissimū deū q mihi dies vite ꝓroget vt cū sua bona grã atq3 aīe salute huius mee volūtatis optimā dispositōem pficere possim. Alios duos dies in sanctuarijs meis seruo: ꝛ restituēte mihi hoc serenissimo rege diem tertiū patriā ꝛ quietē repetere conabor: vbi ꝛ cū peritis cōferre ꝛ ab amicis ad id opus pficiendū confortari ꝛ adiuuari valeā.

ATe veniā posco si nunc vltimā hanc meā nauigatiōem: seu poti⁹ vltimū diem tibi non transmisi vti postremis meis litteris tibi pollicitus fuerā. Causam nosti qñ necdū ab hoc serenissimo rege archetypum habere potui. Mecum cogito adhuc efficere quartū diem ꝛ hoc ptracto ꝛ iam mihi duarū nauium cū suis armamētis ꝓmissio facta est vt ad pquirendas nouas regiones versus meridiē a latere oriētis me accingā per ventū qui africus dr̃. In quo die multa cogito efficere in dei laudē ꝛ huius regni vtilitatē: ꝛ senectutis mee honorem: ꝛ nihil aliud expecto nisi huius serenissimi regis consensum. Deus id permittat quod melius est: quid fiet intelliges.

Ex italica in latinam linguam iocūdus interpres hāc epistolam vertit vt latini oēs intelligant q3 multa mirāda in dies reperiant ꝛ eoꝝ comprimatur audacia qui celū et maiestatem scrutari: et plus sapere q3 liceat sapere volunt: quando a tanto tempore quo mundus cepit ignota sit vastitas terre ꝛ que contineātur in ea.

Magister iohānes otmar: vindelice impressit Auguste
Anno millesimo quingentesimoquarto.

